

### III. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 24.

---

#### *Politica Mortuorum Colloquia.*

---

Elysium-Meum, Die Veneris. 13. Apr. 1810. (Neov. 27. Mar. 1810.)

---

Nulla arbor lapide impetitur, nisi quae fructus fert.

*Adag. Arabicum.*

[ *B o h a d i n.* ]

**I**nter Historicos scriptores, qui in Elysi-  
dam Umbræ acroasim faciunt, prælegendis  
Novitatibus quotidianis applicantur, ordo  
quoque venit ad Arabicum scriptorem *Boha-*  
*dinum* — cujus opera Cl. Albertus Schultens  
Lugduni Batavorum Anno 1792 in latinum  
non sine laude & utilitate tradidit, hodie-  
na ætate perquam rarum, & celebre opus est.

Bohadinus rostra conscendit, & publi-  
cas paginas, secundum seriem dati coram  
jacentes apprehendit, legitque Arabica digni-  
tate, decentia & perspicuitate seqv. nova  
ex sup. mundo:

1) Allocutiones Gallici extra ordinem le-  
gati ad Imp. Austræ, ejusque responsum.  
2) Alloc. Ejusdem ad Archi Ducem Ludo-  
vicam, & ejus responsum. 3) ad Imperatri-  
cem & ejus respons. 4) ad Ser. Principem  
A. Ducem Carolum & ejus responsum —  
quæ omnia vias *Ephem. Pol. Statist. Nro. 28.*

*Parisiis die 22. Mart.* Secundum Monito-  
rem urbs Parisii summos adparatus facit ad  
Solennia nuptiarum Imperatoris. Inter oes-  
tera quævis S. Aedium turres collustrabuntur,  
collustratio fastigii turrium Cathedralis exhibi-  
bit templum ex omnibus urbis regionibus  
de integro visibile; in medio altare conspi-  
cietur ex quo flammæ proditura &c.

Nudius tertium Placum Senatus consulti  
in Collegio Senatus propositum fertur in ar-  
gumento Cæsarei Judicialis Tribunalis.

D. Desodoards in Diario Parisiensi seqv.  
promulgavit: „Complures personæ Historiam  
meam Gallie desideraverunt, quæso dignetur  
indulgere ut medio hujus paginae publico an-  
nunciem: operis venditionem litteris C. Por-  
talis prævis interdictum esse.

*Londino 13. Mart.* Corruca turris Liver-  
polii die 4. Febr. cujus occasione numerosi  
homines perierunt, spiritum vaticinicum exci-  
tavit — quædam anus vaticinabatur: hoc  
eventum esse, futuram sortis Angliæ symbol-  
lum, eadem ratione & potentiam M. Britan-  
niæ collapsuram, futuram paullopost, ut præ-  
vii de eo nuncii comperiantur. —

Et reapse brevi post intelleximus ingra-  
tum nobis de conjugio Austriacæ Principis  
cum Napoleone nuncium; passim contendunt,  
hoc fore prævium illud nuncium, prodrom-  
um impendentis fatalis temporis, quem pro-  
phetissa illa designare voluit.

Ephemera Imperii sit: omnia quæ ex  
bimestri Constantinopoli publicis paginis de

Tarola memorata penitus falsa esse. Certa fide constare: M. Vezirium aegrotum non esse, princeps hospitium continuo Schumler in Romania ei esse. —

Persicus Cursor Ali Akar Parisios advenit cum nuncio: propediem Parisios adpulsurum Karbala Hussinam legatum Principis Mirza, & Sophi Principis.

*Diarium Politicorum Novorum.*

*Amstelodamo die 23. Mart.* Eidem hodie insistent negotia pedi. Cuncti magnarii Negotiatores contendunt: tractationes Galliam inter & Angliam subvertari. — Ex tribus hebdomadis multas Parlamentares naves utro utroque comessasse amplasque spes collituræ maritimæ pacis fovendi. —

Ephemerides Hafnenses de 17. h. Articulum continent certiores reddentem mercatores & prædatorias, ne se pacis rumoribus decipi sinent, cum Danicam regimem nequaquam a Gallico regimine super eo edoctum sit.

Interim privatae litteræ inuunt: dari in regione veritatis quædam argumenta quæ cum exita certæ perlecti annorum repetendæ continuo sunt, ad humanæ cogitandi rationis morum orbem moderantem renovandæ. — Ad hæc genus refertur rumor: excelsum & potentem quemdam Europæ Statum Regi M. Britannie, Conjugium Napoleonis Imperatoris cum Archiduce Ludovico diplomaticæ & ex officio indicasse, cum principes Anglicos Ministros Secretum Concilium celebrasse, quo

peracto — pro more aularum responsum dare debebant, quod 5. h. evenisse fertur. — Facta hac communicatione Anglicanum Ministerium mitius redditum, atque rationes elaborasse, de pace sub conditionibus, quæ M. Britanniae securitatem præbent, tractandi — hæ relationes si veritatis exactitudinisque notam non continent, inest nihilominus illis probabilitas.

Si funditus res expendatur. Anglos mari devictos non esse patet; magnus scopulus in quem omnes Ministri & Admirales Anglicani allisuri sunt, continetur deavc impeto diverbio: *Tu felix Austria nube.* —

In summa: Manti illucescit: grandia verba: Monopolium maritimum & Bellum maritimum absque Continente nequaquam opes adferre posse, atque integris colonialium mercium montibus famem nequidquam sedari, Inque hodiernis Continentem restringentibus adjunctis commercium neutiquam promoveri.

Ita Prophetæ perpetui belli maritimi se habere mihi videntur. — Bellum Punicum pro Carthaginiensibus tristem exitum habebat — utpote tertium. —

*Actus ex Parlamento Anglicano.*

Londino 12. Mart. Lordio Chatam intuitu Expeditionis Valchriæ examinato ejusque defensione audita, D. Fuller Curiae Inf. membrum accusato diversas quæstiones proposuit, a Curialibus nec attentione dignas vi-

ans. — Utrumque Ill. Chatam tribunali decessisset, Fuller rursus afforgere, dicereque, quæstiones a se factas tam esse attentione dignas, quam eas quæ Thesaurariatus Cancellarii. „Deus me perdat, aiebat, equidem tantum Juris habeo, quantum il, qui pro muneribus, quæ gerunt, solvuntur.”

Cancellarius Camerae thesauri verba hæc honorati membri Protocollo inseri petiit, quod assensu probatum est.

Tum Præses Curie inf. sequente Sessione declarat; se intellexisse: Curie membrum indecentibus verbis usum esse, quod delictum in privilegia Curie communium; dolere se, eum nominandum sibi esse.

Fuller elata voce: „Non eget D. V. tantis ambagibus, is ego sum. Fuller Jacobus vocor.”

Præses insolentem hominem medio decedere jubet, at is usque reluctatur, quo ab amicis extractus fuisset. —

Cancellarius Thesaurariatus petiit, eum excubiis militaribus in custodiam dari, cui absque contradictione delatum est.

Interea Fuller ad ambitum Curiali Cubili impendentem (Galleriam vocant) se contulit, dumque se tradendum satellitibus audivisset, cum impetu in Odoeum irruit vociferando: Præsidii nequaquam tantum potestatis esse armatis satrapis eum tradendi, eum nihil præter Officialem Curie esse, hujus membra dum ei se subjiciunt, dominum suum ex eo fecisse, quem modicus ille nauci faciendus masochas

qui capillitio præsidium tenet designare vult, Præses per armatos jubet hominem ferocem vi ex odoeo abduci, quod cum difficultate factum, 4 quippe satellites luctantem adprehendere, & eduxere.

Sequente luce Cancellarius Camerae thesaur. annunciavit: honoratum membrum cujus indecora agendi ratio priore die Curiae displicuit, se adiisse, adpellasse opem & suffragium suum, poenitere facti, veniam petere, eapropter poenam irrogatam sufficientem satisfactionem sibi videri, Fulleronumque solvendum carcere proposuit; plures aliter censebant, cum primis D. Withbread eum serio corripendum existimabat, hinc latis suffragiis absque contradictione assensus datus, Fullerus per satellites coram Tribunali adducitur, quem Præses sic est allocutus.

„Duo. Fuller! Constatit pro Cancellis hujus Conventus coram membris Curiae Infer. Regni uniti ad excoiplendam ab iis declarationem indignationis super hesternæ agendi ratione sua. In tractatu gravissimi negotii (Expeditionis Valchricæ) V. D. offensivæ declarationes, & tumultuosi actus Camerae ensam dedere, vires totius Curiae inf. provocandi, mihique Conventum aspiciendi officium erat. Ubi ad exsulpandam se advocaretur, offensiones impetuosa agendi ratione sua adhuc auxit; dumque adprehendi juberetur cum violentia in Odoeum irruit & læsivo ejulatu jus quæsit. V. D. Curiae inf. gratum animum & gratias debet pro moderatione, qua in V. D. ferebatur, at hæc moderatio sit modum

sibi, non obliuiscendi documentum, quod dedit. — Etenim si pro infelicitate in eundem errorem reciderit, metuo ne superior agendi ratio ineunda sit. Camera mihi demandavit: Dom. Vrae. pro iniurijs ei illatis exprobandi provinciam, quod huic praesto, & ejus nomine eidem exprobro.”

Et quid suberat? — Fuller plusculo largius se Constitutio indulget, ad Cantharum se invitavit, (ad amicas aures: madebat egregie vino. —)

### BIOGRAPHIA.

*Bohadim.* — Filius Sieddadi — celebris historicus scriptor Arabs sub imperio Aegypti Sultanni Saladini dignitate Kadi seu Musulmani. e. Summi Sacerdotis dignitate fulgebat. Descripsit eum oculatus testis vitam Saladini, praecipue vero tractabat historiam belli cum Christianis quo regnum Jerosolimitanum ad interitum deducum. Ejus opus Christianis historicis de hoc bello scribere volentibus amplam lucem largitur & in multis partibus supplet Historiam. Claudit librum suum Bohadinus cum obitu Sultanni anno 1193 — Cl. *Albertus Schultens* opus hoc 1792 latino idiomate donando in forma folii se celebrem reddidit. —

### *In Nuptias Napoleonis,*

Pax est: — imo etiam Pacis fiducia certa est:  
Ecco ferox, et adhuc oculus Bella horrida  
spirans.

Francorum Mavors, tenero despacitur igni,  
Vinelaque ferre cupit manibus, quibus arma  
ferebat

Iastat festa Dies; populus meminisse recusat  
Præterita, imò Novis spebus jam gestit auhelus.  
Thura Hymenæe tibi, nec non tibi pronuba Juno  
Cæsar uterque parant, stupet orbis, pacis Olivam  
E Labris Nivæ post Nubila spissa Colambæ  
Surgere, componique graves per fœdera fluctus.  
Pars hominum Causas quærit, fatique benigni  
Abdita rimatur; pars altera plaudit, & inquit:  
Cum pacem optatam datis, accipitisque vicissim  
Napoleon celebra, celebra Ludovica trium-  
phum

Laurigeroque Dueli felix nova nupta veharis  
Namque tibi & *Veneris* formam, & *Junonis* habenti  
In nubem Majestatem, dotesque *Minervæ*  
Convenit ingenti tantummodo nubere *Marti*.  
Quem tu blanditile mulcebis, & Ore potenti  
Ut donet stabilem, quam dudum possimus  
omnes

Europæ pacem; ferramque in aratra refingat,  
Aut, si tantus Amor, famæ, Laurique Cupido,  
Vertat in Odryas potius sua fulmina gentes  
Sic Vos Incolumes videat *Lucina* quot annis  
Sic Vobis similes sint nati; & turba *Nepotum*  
Sic Vestra æternent memores connubia fasti.

A. L.